Gregor: Expositio in Canticum canticorum
Basel: Michael Furter, 1496 Seite 2b



dam ad contemplationē dei scalam fecit:
vt dum primū in seculo bene gerunt ho=
nesta: postmodū etiam honesta seculi; de=
spiciant: ad extremū vero dei intima con=
spiciant. Sic aūt generaliter ex voce san
cte ecclesie aduentus domini in hoc ope=
re prestolat: vt etiaꝫ specialiter vnaqueqꝫ
anima ingressum dei ad cor suū tanq̄ adi
tum sponsi in thalamū aspiciat. Itaqꝫ san
cta ecclesia diu prestolans aduentū domi
ni diu sitiēs fontem vite: quomodo opor=
tet videre presentiā sponsi sui: quomodo
desideret dicat.

## Explicit prologus.

## Expositio beati Gregorij pape super Cantica canticorū feliciter incipit. Capitulū. I

Osculet me oscu
lo oris sui.] Os spō
si inspiratio xpi. Os=
culum oris: dulcis
amor inspirationis.
Dicit ergo spōsa de
siderio estuans: ⁊ in
amplexuꝫ sponsi sui
inardescens. Osculet me osculo oris sui.
Ac si diceret: Ille quē super oīa immo
solū diligo: veniat qui dulcedīe sue inspi
ratiōis me tangat: quia cū eius osculum
sentio: subita imitatiōe me derelinquo: ⁊
in eius similitudinē illico liquefacta trā
formor. Fastidit quippe sancta mens om
nia que corpus sentit: ⁊ in illa spiritualia
tota trāsmutari cōcupiscit. Et dū ista ob=
strepent: in illa fugit: seqꝫ abscondere ne
hec sentiat: appetit. Ideoqꝫ osculū sponsi
querit: quia si illa gratissimi amoris vin=
culo hic non trahit. Hec vi sue molestissi=
me grauedinis detēta: quomodo se ad il=
lum cōferat omnino nō inuenit. Sed pri=
lus xp̄s anxietatē eius sentiens: amorē di
igens: votū exaudiens: osculū porrigit: ⁊
ne desiderio lacescat: gustu sue suauitatis
lenit: ⁊ dū suam presentiā exhibet: eaꝫ ad
maius dilectiōis osculū accendit. Unde
hec illū sentiens ad eū se cōuertit: ⁊ quem
presentē habet: mox gaudens voce muta
ta alloquitur: et dicit:

B Quia meliora sunt vbera tua vino flagrantia vnguētis optimis.]

Ubera christi: dilectio dei et proximi.
Ex his vberibus sponsam suam lacte pie=
tatis nutrit: ⁊ inter temptationū turbines
his etiā fouet: ⁊ nutrit: ⁊ vt persistat refi=
cit. Quid autē per vinū: nisi cura tempa
lis exprimit? A qua mens secularis cuius
libet inebriat: vt ad inuisibilia cognoscē=
da aut ex toto: aut pene insensibilis redda
tur. Sed vbera sponsi vino meliora exi=
stunt: quia illud necat: hec nutriūt. Illud
oculos mētis turbat: hec acuūt. Et illud
apostotare facit etiā sapientes: hec ip̄os
ideotas vtiqꝫ sapiētissimos faciunt. Que
quot vicibus sponsa cū dilectiōis vberta=
te sugit: tot sentētias sapientie in ventrē
memorie trahit. Charitas eīn sancta cor
pacificat: mentē in temptatiōibus robo=
rat: ⁊ vt sedes sapiētie sit aīa iusti: quie=
tē tribuit: ⁊ locū preparat. Hec vtiqꝫ vbe
ra vngentis optimis flagrāt: quia odorē
suauitatis per sapientie verba: ⁊ sanctita
tis exempla secū portauit. Quicūqꝫ enim
sancta charitate per gratiā dei se reficit:
is spiritualiū donoꝝ ⁊ odorem ⁊ suauita=
tem sentit. Quoꝝ bonoꝝ vbertate proxi
mos quosqꝫ ad interiora gustāda secū tra
hit: ⁊ vt in amorem diuinū conualescāt:
istis vberibus nutrit.

C Oleū effusum nomen tuū.]

Nomen sponsi xp̄us est. Sed nomē spon
si quasi oleū effundit: quia quicūqꝫ nomie
xp̄iano in veritate censent: charitate san=
cta affluūt qua molliunt: ⁊ vt flammas ex
emploꝝ emittant: eadē charitate suffun=
dunt. Hac charitate in amorē ipsius xp̄i
vehemētius accendunt: ⁊ ab ipso accipi
unt: quo ei amplius inhereāt quo perfun
dunt. Hinc est quod sequitur.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
© Universitätsbibliothek Heidelberg
https://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/ig00395000a/0004
gefördert durch Baden-Württemberg